

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - III, 20 : De Lethe fluuio](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 20 : De Lethe fluuio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[33\] : De Lethe fluuio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 20 : De Lethe fluuio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 21 : De la riviere de Leté](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 20 : De la riviere de Lethé](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination87v°-89v°

Du monde

Toponymes [Léthé \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

Accedebat ad ceteras voluptates, quas viris bonis tribuebant antiqui in campis Elysiis, quod vel mortui delectabantur iisdem studiis & exercebantur, quae magis viventibus placuissent. Ita vulgus suavissimorum conuiuiorum spe post mortem, multa scelerata deuitabat. Sic Homerus in lib. x. Odyssæ idolum Achillis inquit minitabundum sagittas feris intentare. Atq; Virg. tem totâ pluribus verbis expressit, & quemadmodum eadem in campis Elysiis exercebantur, quibus delectabantur viuentes singuli in his;

- 10
- Pars in gramineis exercent membra palæstris:
Contendunt ludo, & sulus luctantur arena.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

Ac deinde paucis interpositis;

- Arma procul, curruq; virum miratur inanes.
Stant tetræ delixæ hæc: passimq; soluti
Per campos pascuntur equi. quæ gratia currum,
Armorumq; fuit visus, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repositos.

- 20
- Propterea cum philosophis optimis hominibus summam felicitatem excogitare niterentur antiqui; nullam maiorem illis oblectationem inueniunt, quam veritatis inuestigationem; & quam illud, quod scriptam reliquit Cicero in lib. 5. de Finibus his verbis; Ac veteres quidem philosophi in beatorum insulis fingunt, qualis natura sit vita sapientum, quos cura omnino liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirerentes, nihil aliud esse acturos putarunt, nisi vt omne tempus in quærendo ac discendo, in naturæ inuestigatione consumant. Atq; de campis Elysiis tot à nobis dicta sint. Quid significare voluerint antiqui per hos campos Elysiis manifestum esse arbitror. Nam vbi vitæ nostræ ratio diligenter examinata fuerit; si sancte pietq; vixerimus, incredibilis lætitia sub extremum vitæ diem mentes nostras capit, sicuti mœrore afficimur ob multorum scelerum recordationem, & ad eos inferorum fluuios traicimur intrepidi, omniaq; monstra horrenda & terribilia præterimus, quæ quidem lætitia quantum valere debet ad homines ad probitatem adhortandos nulla orationis copia explicari potest. Hæc ea sunt, quæ apud inferos vel bona, vel mala ab antiquis proponebantur, cū simplex & magis vera ratio à summæ veritatis autore Christo proposita sit, ignis sempiternus improbis scilicet; ac viris bonis inexplicabilis bonorum cumulus. At nunc de Lethe fluuiio dicamus.

- 30

40

De Lethe fluuiio.

Cap. XX.

Post huiusmodi vitæ examinatæ diligenter considerationem exoritur paulatim omnium rerum obliuio, sensusq; amittuntur, neq; vlla est amplius rerum præteritarum recordatio: quare effectum est, vt antiqui scriptores multa de Lethe fluuiio commenti sint. Verum nos pauca prius ad hæc rem pertinentis inuestigemus, deinde quid de Lethe senserint antiqui, explicemus. Illa fuit Pythagoræ, & nonnullorum philosophorum opinio, nõ solum quod animæ immortales existant, verum etiam sempiternæ fuerint antequam

antequam in animalium corpora peruenirent. Huiusce sententix his similes rationes afferbant; nam si immortalis exisset anima, & ex aliquo nasceretur, vel ex immortalis, vel e mortali necessario nasceretur. E mortali non oritur, quia sic omnia fieri possent immortalia: neq; sempiternum quidquam in natura mortalis rei committam est suo pte ingenio, nisi e Deo misceatur aliquando secernendum. Neq; rursus ex immortalis, quod illud quod tale est, nihil e se gignit. Atqui cum immortales animæ existant, multaq; rament nasceretur animalia, illud eotingere putabant, quia circuitum animæ intra duodecim annorum millia peragant, per omnesq; sphæras & choros demonum ac Deorum discurrant, quod Plato in Phædone, Gorgia, Phædro, & aliis in locis variis modis scripsit. Est autem per duodenarium numerum intelligendus numerus mundanarum sphærarum apud antiquos, qui supra quatuor elementorum globos octo cælos esse putarunt, per quos animæ a corporibus solute, satisq; purgate permeare, & circumuolui putabantur, donec suos circulos perfecte absoluerent: tunc autem Deo ita iubente putabantur in corpora pro prioris vitæ rebus gestis demitti. Nonnulli tamen crediderunt annum magnum, quo spatium anima hominis suum circuitum expleret, & in idē reuertetur, duodecim horum annorum millibus comprehendī: cum annus mundi magnus, tribus annis huiusmodi absoluat: nam & ipsa mundi anima per motum firmamenti eo spatium suum circuitum absoluit, quod efficitur intra triginta & sex millia nollorum annorum. Si quis enim firmamentum aut aplanas quæ vocatur sphæram, proprio motu eotra motum diurnum cæli centesimo quoq; anno per gradum vnum serè secundum successionem signorum procedere intellexerit, numerumq; annorum collegerit, is facile magnum annum mundi ex ambitu ipsius firmamenti intelliget. Hæc res quoniā ab imperitorum multitudine intelligi non poterat, excogitarunt per multa pœta ad vtiliter adducendam multitudinem, quibus illam in hac sententia confirmarent, quod immortalis anima existat, vt spe aliquando melioris vitæ, & pntes calamitates æquo animo, fortiq; perferret, & ne nimium rebus prosperis tolleretur, cum iciret omnibus reddendam esse antea vitæ rationem; & quā maximè se ad integritatem innocentiamq; compararet, cū iucundissima præmia harū virtutum post mortem a Deo esset relatura. Fecerunt igitur post diurnas voluptates Lethen esse fluium apud inferos, qui obliuionem significet, cuius aquam si quis bibisset, illi continuo rerum omnium præteritarum obliuio exoriebatur. Nam nulla ratio facilius eā dubitationem diluere poterat, cur quæ per tot annorum millia tam admirabilia animæ vidissent, nullo pacto profus recordarentur. Hic igitur fluius Deas sitauissimus & Somno similis ab Euripide putatur: quando Orestes cum ab insania aliquantulum conqueuisset vtriusq; gratias egit Somno & Lethe, siue Obliuioni hoc pacto;

*Gratum leuamen Somnule ægritudinis,
Quam suavis aduenisti, & opportunus huc.
Et tu malorum Obliuio quam dulcis es,
Oprabilia viris misellis & Dea.*

Solus

uertamus, antequam ad supernum solem transmittantur, dicuntur aquam fluminis Lethes bibere, vt omnium præteritorum obliuiscantur, vt ait Virgilius in sexto;

animæ, quibus altera saro

Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa obliuia potant.

Bibebatur autem duplici de causa aqua Lethæi fluminis, tum vt obliuiscerentur animæ illarum deliciarum, quibus fruebantur in campis Elysiis, tum etiam vt fierent immemores earum molestiarum, quas antea in vita percussissent: quarum rerum si perdurasset memoria, nemo reperiretur qui vellet renouiscere, aut qui cum primum posset non vel sibi ipse manus inferret. Sed alterum Deos iubere dicebant, alterum quominus fiat repugnat natura. Quis enim eorum qui mortui sunt, vellet, si possit, in hanc vitam molestiarum plenam redire, in tot animi perturbaciones, corporisque incommoda, nisi grauissimis suppliciis apud inferos vrgeatur? nam quanto diuturnior est hominum vita, tanto sit maior incommodorum cumulus. sunt filiorum vel amicorum vel propinquorum mortes, facultatum iacturæ, honorum repulsæ, infamia, morbi, vulnera, discordiæ, lites, quæ tantò plura videre necesse est, quantò diutius vixerimus. Duo igitur erant necessaria, alterum vt purgarentur animæ antequam in Elysiis campos peruenirent, alterum vt post longissimum temporis spatium epota aqua Lethæa omnium præteritorum obliuiscerentur, quare dictum est;

exinde per amplum

Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aetherium sensum, atque auræ simplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotas voluere per annos,
Lethæum ad fluium Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

Quis enim, vti dicebam, in hanc plenam miseriarum vitam, plenam infortuniorum, plenam calamitatum sanæ mentis venire elegerit, nisi & antiquarum miseriarum prius fiat immemor, & voluntati Deorum ac necessitati parere cogatur? nulla est adeo felix hominum conditio, quam non multo plura incommoda infestent, quàm bona consolentur, vt ego quidem sentio. Cum tot facultatum iacturæ, tot morbi, tot modo filiorum, modo coniunctorum, modo carissimorum obitus discrucient, tot morbi corpus debilitent, tot curæ sollicitent animum: cum nulla sit denique tam telix, tamque fortunata hominum conditio, quæ non sit magnopere, si fieri commode posset, fugienda. Quamuis parum firmis & subfrigidis rationibus contra hanc sententiam scripsit Euripides in supplicibus;

ἴασι γὰρ τίς ἢ τὰ χερσὶν

Πλάσσειν ἴαται ἴνα τῶν ἀποτίται.
Ἐγὼ δὲ πῶς τίς αἰεὶ εὖ γὰρ ἴαται ἴαται,
Πλὴν τὰ χερσὶν ἢ τῶν καὶ ἢ πῶς ἴαται.
Ἐγὼ γὰρ ἔτι τὰς, τὰς αἰεὶ πῶς ἴαται.

Quidam vir olim protulit mortalibus

Z

Mala

Mythologia.

Mala esse plura, quam bona adfint. ait ego
Diuerfa longe sentio: viris bona
Puto esse multo plura, quam sint iis mala.
Quod ni sis, haud solem liceret cernere.

10 Hæc enim ratio mihi valde videtur absurda, quia non est, tanquam frigoris & caloris, quorum symmetria omnino necessaria est viuentibus corporibus, calamitatum, & molestiarum, & incommodorum, natura; nam tametsi iactura filiorum, aut carissimorum, aut facultatum, aut dignitatis, rerumq; huiusmodi euentus animum perturbant, tamen non necessario interimunt: nisi forte hæc non esse mala, aut raro contingere, inquit Euripides. Plura enim horum contingunt nonnullis quam bona in vniuersa vita adque iterum subeunda nullæ animæ omnino adduci possent, nisi fluminis Letxi plenæ, ac propè ebriz. Fuerunt igitur hæc partim ad persuadendum multitudini animas pro meritis in corpora denno redire conficta; partim etiam declarant morituri iam hominis conditionem, cum sensus, animique vigor paulatim post vitæ præteritæ considerationem deficit, omnesque cessant corporis actiones, atque illud demum extinguitur.

20